



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrvm S. Gregorii Spoletani, Presbyteri: Ex eo quod extat apud V. P. Laurent. Sur. Passus est anno Christi 303. Marcelli Papæ 7. Diocletiani & Maximiliani 20.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

veriti ne qua forte occasione glorioso illo tri-  
umpho postremi fraudarentur. Itaque dū pre-  
tes fundunt, & certatim sacras suas cenuices  
gladijs obijcunt, omnes tandem inclita mar-  
tyrij corona insigniti ad cælos migriārunt.

MARTYRIVM S. GREGORII SPO- *Vide Tom.*  
letani, Presbyteri: Ex eo quod extat apud V. P. 2. Annal. C.  
Laurent. Sur. Passus est anno Christi 303. Mar- Baron. C.  
celli Papæ 7. Diocletiani & Maximiani 20. Notat. Ma- tyr. Rom.

DIOCLETIANVS & Maximianus Im 24. Decē.  
Operatores cum in idolorum cultu sta- *Cultus de-*  
tuendo confirmandoque vehementer monum mi-  
laborarent, tum Flacco cuidam viro impjissi- *rèferuet sub*  
mo, & crudelitate insigni, in mandatis dedere,  
ut prouincias peragrande idola erigeret, &  
cultum eorum omni diligentia instauraret. Is  
ciuitatem Spoletanam ingressus, cum diligen-  
ti, per Tircanum quendam, inuestigatione de  
ciuium religione & moribus habita, Grego-  
riū inter omnes fidei & pietatis amore in Deū  
flagrantē, & miraculis clarum fana & simula- *Gregorij exi-*  
hra demolientē intelligeret, rabie protinus *mia pietas*  
incredibili exardescēs, milites quadraginta ad *zelus pro*  
Gregoriū destinauit; qui vincitū eum ad se per- *fide Christi-*  
ducerent. Adductum Flaccus cum Tircano in *stiana,*  
tribunali sedens ita affatus est; Tunc es ille *Capitur, &*  
Gregorius, deorum & principum contemp- *sstitur ad*  
tor? Cui Gregorius; Ego, ut verum fatear, ab in- *tribunal.*  
fantia Deo meo seruiui, qui hominem ex limo *Genef. 1.*  
terræ ad imaginem & similitudinem suam fa- *Roman 2.*  
cere dignatus est; ipse est Deus fortis; qui vni- *Apocal 22.*  
cuique reddet iuxta opera sua.

CCC 3

Flac-

*Maxilla eius  
verberatur.*

*Nodosis fu-  
rib. ceduntur.*

*In craticula  
affatur.*

*Terramotus  
multos pa-  
ganos oppri-  
mit.*

*Angelus eñ  
consolatur  
in carcere.*

*Lampadibus  
aduratur.*

*Caput ei  
amputatur.*

Flaccus verò, omissis, inquit, verborum am-

bagibus præcipio ut sacrifices, nisi poenam tibi durissimas cumulare velis. Gregorio autem abnuente, & nefarium scelus constanter exerante, Flaccus tormenta proferri, & maxillas martyris, tanquam in deos blasphemii contûdi iussit. Illo autem pari constantia arque vir-

tute deorum vanitatem arguēte, nodosi fustes allati fuere; quibus & dorsum eius & ventrem acerrimè verberarunt: ac penitus dissiparunt.

Inde manibus pedibusque crudelissimè vinclatum, in craticulam, igne supposito, iniecerunt. Illo verò ad Christum preces fundente, divinumque numen in sui adiutorium vocante, repente horribilis extitit terramoto: qui inopinata ruina quadringentos quinquaginta paganos oppressit. Territus ea calamitate Flaccus fuga se inde celeriter proripuit: relictumque martyrem Tircanus ferro constrictum in carcere reclusit.

Eadem illa nocte angelus Domini athletam inuisit, dissipatisque tenebris, & vinculis confactis, pacem illi & constantiam precatus est. In sequenti luce rursus ad certamen produetus martyr, admotis ad latera lampadibus toto penè corpore adustus fuit: sed nihil ea iniunctam illius virtutem infringere potuero supplicia: prorsus ut Flaccus igne furoris totus exæstuans, moræque impatiens capite eū plecti iuberet. Raptatus itaque in medium amphiteatrum, & ab Aquilino spathario capitato, è corporis ergastulo ad cœlos migravit. Porro Tircanus, ut nouam aliquam apud Flacum iniret gratiā, horribiles feras dimitti jussit,

*Feræ eius  
corpus vene-  
rantur.*

iussit, qui sacrū martyris corpus deuorarent; At illæ Flacco Tircanoque humaniores, omni feritate posita, corpus lambere; dimisso capite venerari; rugitus edere; multisque signis & indicijs tyrannorum rabiem detestari. Quo viro populus voce magna exclamauit; Verè magnus est Deus Christianorum: multiq[ue] sua nomina Christo dedere. Flaccus verò animo & corpore æger, diuina vrgente iustitia, præcordia euomens expirauit. Sacrū autem martyris corpus Abundantia insigni pietate ac religione matrona, triginta quinque aureis à Tircano redemptum, preciosis conditum aro- matibus, balsamo quoque & nardo, iuxta pon- tem lapideum & riuum, qui Sanguinarium ap- pellatur, propè muros ciuitatis nono Kalend.

*Multi credunt  
in Christum.*

*Abundantia  
egregia ma-  
tronæ corpus  
eius sepelit.*

Januarij cum hymnis & canticis sepeliuit. Hoc Postea Cola- verò tempore sanctissimi huius martyris reli- niam Agrip- quias religiosè colit ac seruat Ecclesia metro- pinatr mang politana Coloniensis summo in templo, col- latum.

locatas super tumbam triutn Regum: cum quibus eò sunt olim simul adductæ.

DE SACRO SANCTA SOLENNITA- te Natiuitatis Domini Nostrri Iesu Christi: Ex Concio. 3. C. 1. de Natali Do- mini.

R. P. Lodouico Iranatenfi.

**Q**UANQVM multa sint, fratres Chariſſimi, quæ in hodiernæ solenitatis my- sterijs admirāda ſe nobisofferāt: in his tamē ineffabilis nati Saluatoris nostri supere- minet humilitas. Mira ſiquidē ſunt signa hęc, quę pastoribus cęlestis nuntius ad parvulū Ihe- ſum inueniendum proposuit; pānis quippē inuolu- ī, & pōſiū in p̄fepio. Ad quidnā ſibi vult hęc tā

C CC 4 dissū-

25. Decē.  
Admiranda  
Christi hu-  
militas.  
Lucæ 2.